

tur 6000. per 192. exit 31. & supersunt 48. diuide 192. per 27. exeunt 7. & supersunt 3. detrahe 27. ex 48. remanent 21. detrahe 21. ex 27. remanent 6. diuide 6. per 3. exeunt 2. detrahe 2. ex 31. remanent 29. cum igitur duxeris 29. in 192. & productum detraxeris à 6000. remanebit numerus minor numeratus à 27. & erit 16. nam 192. in 92. facit 5568. & 16. in 27. facit 432. qui iuncti faciunt 6000. habemus igitur 29. & 16. & quia non habemus nisi turtures & turdos & non Galeritas diuidemus vnam turturam quæ continet hoc modo 12. galeritas quia 192. continet 16. duodecies in 12. galeritas & remanebunt turtures 28. Turdi 16. vt prius galeritæ 12. quæ omnes sunt 56. aues & quia debuerunt esse 100. igitur passeris erunt 44. proba & inuenies nam 28. turtures valent s. 84. turdi 16. valent 8. galeritæ 12. valent. 4. passeris 44. valent. 4. summa est s. 100. vt voluimus & est regula Ioannis Sfortunati pulchra & vniuersalis.

68 Aureus valet 10. Florentinos & 7. Ambrosinos atque etiam valet 4. Florentinos & 14 Ambrosinos venio ad campforem & cambio & recipio 11. Florentinos 5. Ambrosinos & 5. solidos quæritur valor aurei in Florentinis & Ambrosinis, & solidis per se idest quot Florentinos valet aureus & quot Ambrosinos etiam valet aureus & ita quot solidos & ita Ambrosinos quântum valet & Florentinus fac vt vides supponendo Ambrosinos Ambrosinis Florentinis Florentinis deinde subtrahe minorem

	Aureus	
	Floren	Amb.
de maore remanent 6. Florentini æquiuales 7. Ambrosinis dic igitur per regulam 3. si aureus valet	10	7
	4	14
	6	7

10. Florentinos & 7. Ambrosinos & 7. Ambrosini sunt 6. Florentini igitur aureus valet 16 Florentinos & tantum valet, item si aureus valet 14. Ambrosinos & 4. Florentinos & 6. Florentini sunt 7. Ambrosini dic igitur si 6. sunt 7. quid erunt 4. & erunt 4  $\frac{2}{3}$  iunge 4  $\frac{2}{3}$  ad 14. fiunt 18. & aureus valebit 18.  $\frac{2}{3}$  Ambrosinos, deinde quia dixit quod habuit 11. Florentinos & 5. Ambrosini per regulam 3. Florentini 4  $\frac{2}{7}$  adde ad 11. fiunt Florentini 15  $\frac{2}{7}$  igitur est ac si diceres quod aureus valet Florentinos 15  $\frac{2}{7}$  & 5. solidos & iam valebat 16. Florentinos detrahe igitur 15  $\frac{2}{7}$  de 16. remanent  $\frac{2}{7}$  Florentini & hi æquivalent 5. solidis igitur Florentinus valet solidos 7. & quia 6. Florentini sunt Ambrosini 7. & Florentini 6. valent solidos 42. igitur Ambrosinus valet solidos 6. & quia aureus valet 16. Florentinos & Florentinus solidos 7. igitur aureus valebit solidos 112 & ita in reliquis omnibus aliis.

Quidam vendit oua & habuit tot grossos quot oua, dedit pro grosso, & cum hoc si vendidisset 2. minus pro grosso habuisset grossos 4  $\frac{2}{5}$  plusquam fuissent oua quæ vendidit pro grosso; hæc quæstio pulchra est & facilius propositionem soluitur, sicut & omnes tales pone igitur quod dederit 1 co. ouorum pro grosso & grossi etiam ex proposi-

tionem tua erunt 1. co. quia æquatur ouis & oua fuerunt 1 ce deinde quia si dedisset 2. m. igitur dedisset 1 co. m. 2. ouorum pro grosso & quia habuisset grossos 4  $\frac{2}{5}$  plus ouis pro grosso, igitur cum iam haberet, 1 co. ouorum m. 2. habuisset grossos 1 co. p. 2.  $\frac{2}{5}$  & quia dedisset oua 1 co. m. 2. pro grosso igitur 1 co. p. 2.  $\frac{2}{5}$  in 1 co. m. 2. producit 1 ce. ouorum multiplica in cruce fiunt 1. ce. p.  $\frac{2}{5}$  co. m. 4.  $\frac{4}{5}$  æqualia 1 ce. igitur  $\frac{2}{5}$  co. æquatur 4  $\frac{4}{5}$  igitur res valet 12. & tot oua dabuntur pro grosso igitur cum grossi essent æquales ouis erunt grossi 12. igitur oua in totum erunt 144. hæc solutio est generalis. regulæ aut quæ dantur in talibus aut non satisfaciunt aut sunt infinitæ

oua		grossi
1 co.	1 co. m. 1	
	1 ce. m. 1 co.	
1 co. m. 2		1 co. p. 5
1 co. p. 5.		
1 co. p. 3. co. m. 10.		
1 ce. m. 1 co.		
4 co. m. 10.		

1 co. 5. fit 1 ce. p. 3. co. m. 10. & hoc debet æquari 1 ce. m. 1. co. detrahe vnum ex alio remanent 4. co. m. 10. idest 4. co. æquales 10. igitur res valet 2.  $\frac{1}{2}$  & tot oua dabat pro grosso & habuit grossum 1. minus ouis quæ dabat pro grosso igitur habuit grossum 1  $\frac{1}{2}$  igitur habuit in totum oua;  $\frac{3}{2}$  & si dedisset 2. oua minus quam dabat pro grosso dedisset  $\frac{1}{2}$  ouum pro grosso & collegisset grossos 7.  $\frac{1}{2}$  igitur collegisset 7. grossos plusquam fuissent oua quæ dabat pro grosso.

Quidam volebat ædificare domum & congregauit calcem lapides & sabulum euenit autem vt non potuerit ædificare domum & vendebat materiam sub certo pretio veni igitur emptor & emit currus 2. lapidum currus 3. calcis currus 7. sabuli libris 34. venit & alius emens hanc materiam eodem pretio & habuit currus 3. lapidum currus 4. calcis currus 12. sabuli libris 46. venit & alius emens eodem pretio currus 4. lapidum currus 1. calcis currus 13. sabuli libris 42. querit pretium cuiuslibet, soluitur hæc per modum quæstionis decimæ sextæ præcisè & inuenies quod lapides venduntur lib. 14. pro curru & calx lib. 5.  $\frac{1}{2}$  pro curru & sabu